



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Die Universität Paderborn**

Quellen und Abhandlungen von 1614 - 1808

**Freisen, Joseph**

**Paderborn, 1898**

IV. Statuten der theologischen Fakultät.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-8008**

## IV.

### Statuten der theologischen Fakultät.

Der Unterricht in der theologischen Fakultät begann am Anfang des Monats November 1621 vor neun Zuhörern aus der Gesellschaft Jesu und wenigen Auswärtigen,<sup>1)</sup> nachdem bereits 1617 zwei Jesuiten die Doctorwürde erhalten hatten.<sup>2)</sup> Die Vorlesungen wurden jedoch durch die vielen feindlichen Einfälle, unter denen namentlich das Jesuiten-Collegium schwer zu leiden hatte, mehrfach unterbrochen.<sup>3)</sup> Die Zahl der Theo-

<sup>1)</sup> Datum quidem initium Doctioni Theologicae in hac Academia anno 1621 sub principium Nouembbris profitentibus s. scripturam et linguam Hebraeam P. Joe. Horrion; scholasticam P. Joe. Georgij et P. Henrico Rothausen, hoc de sacramentis poenitentiae ac matrimonij, illo de fide, spe, caritate, iure ac iustitia; Theologiam moralem P. Friderico Rörig; audientibus praeter pauculos externos novem e nostra Societate. Quia vero sub exordium anni 1623 dux Braunsicensis Christianus armata manu cursum interupit, omnesque de nostra societate partim fugando, partim captiuos abducendo, tam Academiae quam Collegij supellectilem direptioni exposuit, idque ab alijs deinceps non semel iteratum, ideo inde usque ad finem anni 1646 de gestis in hac facultate nihil praeter sequens fragmentum superest. Acta facult. Theol. Univ. Pad. (Mscr. der Theodoriana Pa 126 bei Richter, Handschriften I). Richter, Geschichte cit. S. 134.

<sup>2)</sup> Richter, Geschichte S. 133.

<sup>3)</sup> Vgl. vorher Anm. 1. Die Acta Facult. Theol. Univ. Paderb. bemerken: Anno 1646: Sub initium Nouembbris post instaurata studia, lectiones Theologicae, propter Auditores ab occupata vrbe a Vrangelio delapsos intermissae, ita sunt resumptae, vt mane per horam conscientiae Casus explicaret P. Claudius Dipaeus: a meridie controuersias fidei etiam per horam P. Cornelius Hewer. Auditores pauci, quorum duo Societatis. Beim Jahre 1649 u. 1650 heisst es dortselbst: Disputatio hisce annis in Theologia propter Auditorum paucitatem vna tantum vnius horae habita fuit quolibet mense. Zum Jahre 1651: Numerus auditorum sub initium exiguis, qui in paulatim crevit etc. Vgl. auch Dr. Albert Weskamp Herzog Christian von Braunschweig und die Stifter Münster und Paderborn im Beginn des dreissigjährigen Krieges (1618—1622). Paderborn. 1884 S. 72 ff., 120 ff; Dr. Julius Evelt, Die Weihbischöfe von Paderborn. Paderborn 1869. S. 87 ff. Auch die genauen Aufzeichnungen der Patres über die Geschichte der Universität und des Collegiums sind damals verloren gegangen. Die Universitätsmatrikel beginnt erst mit dem Jahre 1637.

logen war in den ersten Jahren meist gering, und scheint die volle Ausbildung der theologischen Fakultät viele Jahre in Anspruch genommen zu haben. Ein Dekan der Fakultät wurde erst am 29. August 1652 gewählt.<sup>1)</sup>

Die Statuten der theologischen Fakultät waren bisher unbekannt.<sup>2)</sup> Die Theodoriana besitzt von ihnen drei Recensionen. Die eine,<sup>3)</sup> mehrfach durchkorrigiert und von verschiedener Hand mit Zusätzen versehen (= Cod. A.), hat dieselbe Reihenfolge der Capita wie die von mir abgedruckte erste Recension (= Cod. B.). Sie scheint das Concept zu den eigentlichen Statuten gewesen zu sein, weicht aber in mehreren Punkten von denselben ab. Zu Caput I. 3 findet sich, aber ausgestrichen, die Bemerkung: Usque ad annum 1626 nullum Superiores Decanum in hac Facultate nominarunt ob crebras studiorum Theologicorum interruptiones et paucitatem eorum, qui gradum in ea haberent. Daraus folgt, dass die Statuten nach 1626 entworfen sind.<sup>4)</sup> Der Umstand, dass einige Formulare der Statuten eine frühere Jahreszahl (z. B. 1620) tragen, ändert

---

Ich werde dieselbe in kürzester Zeit herausgeben. Sie ist fast druckfertig; die Feststellung der historischen Angaben über das fernere Leben der Immatrikulierten machte mehr Mühe, als ich anfangs glaubte. Die Pfarrer der Diözese Paderborn sind mir dabei in freundlichster Weise durch Angabe der series parochorum et vicariorum ihrer Pfarreien zu Hilfe gekommen.

<sup>1)</sup> Acta Facult. Theol. cit.: Eodem tempore (29. Aug. 1652) Decanus Facultatis Theologicae (quod hucusque dilatum et reiectum fuerat.) renunciatus est P. Cornelius Hewer, qui simul erat Cancellarius.

<sup>2)</sup> Pachtler, Monum. Germ. cit. p. 213 Anm. 2 bemerkt: Wir vermissen schmerlich die Statuten der theolog. Fakultät. Wo sie sein mögen?

<sup>3)</sup> Mscr. der Theodoriana Pa. 89 (Richter, Handschriften I. S. 18). In demselben Mscr. finden sich auch die Statuta Facultatis Theologicae Treuirensis Descripta Anno 1625; der Schluss lautet: Legi et collationau, omnia ad uerbum congruant cum Antrapho. 24. Septemb. Anni 1625. Petrus Fellerus Pedellus et Notarius. Eine Vergleichung der Paderborner mit den Trierer Statuten ergiebt eine Benutzung der letzteren bei Abfassung der ersten.

<sup>4)</sup> Dass ergiebt sich auch aus der Schlussbemerkung der Trierer Statuten, nach welcher dieselben September 1625 nach Paderborn gesandt wurden. Die erste Recension der Stat. Fac. Theol. ist enthalten in der Hdschr. der Theodor. Pa. 45 (Richter, Handschriften I. 10).

daran nichts, da diese Formulare, gesondert von den späteren Statuten, schon früher abgefasst waren.

Die ersten Statuten gingen durch die Kriegsplünderungen des Kollegiums ebenfalls mit verloren und wurden dann aus den noch übrig gebliebenen Blättern unter Hinzuziehung der Trierer Statuten neu entworfen und zum Teil vermehrt, Anfangs August 1654.<sup>1)</sup>

In dem Concept (= Cod. A.) zu den eigentlichen Statuten steht als Schluss die Formula pro die S. Augustini; die Formulae der beiden andern Recensionen fehlen. Ich bringe dieses Concept nicht zum Abdrucke, sondern nur die ältere (erste) und die letzte Recension von 1654 zugleich mit den Randbemerkungen. Der Inhalt der einzelnen Capita ist in Stichworten am Rande der Handschrift nochmals angegeben, z. B. zu Caput I.: „Magistratus Theologici, Decanus Theologiae, eius officium“; zu Cap. II.: „Ordo et tempus lectionum theologicarum.“ Da die Worte meist eine Wiederholung der Capitelüberschriften sind, gebe ich selbe nicht im Abdrucke.

## 1. Statuta facultatis Theologicae in uniuersitate Paderbornensi. (Älteste Recension).

### Capvt I.

De magistratibus huius Facultatis et concilio.

I. Rector et Cancellarius ratione officij semper sunt in hac Facultate, et eius consilio, tametsi Rector non haberet in ea Gradum.

<sup>1)</sup> Ebenfalls in der Handschr. der Theodor. Pa. 45. Die Acta fac. Theol. haben beim Jahre 1654 die Bemerkung: Sub initium Augusti, cum annis superioribus, quando non semel uniuersa Collegij supplex ab hoste direpta fuit, liber statutorum Facultatis Theologicae ab initio Academiae iuxta formam Moguntinam et Dilinganam conditorum intercidisset, et quae ex chartis dispersis collecta restabant, si non minus authentica putarentur certe minus perfecta viderentur placuit tum ipsi Facultati Theologicae, tum vero R. P. Rectori, vt ea cum statutis Facultatis Theologicae Treuirensis collata innouarentur, et si opus foret etiam augerentur

II. Dec  
sec  
in  
III. Off  
inc  
gra  
fra  
tu  
co  
on  
se  
fes  
or  
re  
ad  
su  
no  
ve  
R  
sc  
IV. De  
pr  
ad  
de  
N

I. Sch  
a  
n  
h  
d  
e  
II. A

et sic  
Profess  
10.  
Es fol

- II. Decanus non suffragijs professorum aut aliorum de concilio, sed superiorum designatione renuntiatur, tametsi expedit in eorum conuentu fieri, idque pridie S. Augustini.
- III. Officia eius videntur esse posse. 1º petere a R. P. Rectore indici conuentum pro ijs, qui ad disputationes publicas vel gradum admitti postulant, et postea ad ferenda de ijs suffragia. 2º in eo conuentu praelegere paragraphum ex Statutis et Regulis, qui praecipit de ea re, qua de in eo conuentu agendum est. 3º Attendere vt in actibus publicis omnia rite et ordine fiant; dirigere tamen disputationes secundum regulam est praefecti. 4º Designare oratorem in festo S. Augustini. 5º Habere curam catalogi in promotionibus theologicis. 6º Scribere acta Facultatis. 7º In illa referre ea quae R. P. Prouincialis in visitatione Collegij ad hanc Facultatem pertinentia ordinat, et operam dare vt suo tempore seruentur. 8º Curare programmata, quae nomine huius Facultatis publice proponuntur. 9º Si quaestio vel casus quispiam ad Facultatem deferatur petere a R. P. Rectore conuentum indici ad eius resolutionem et si ea in scripto petatur, id faciendum curare.
- IV. Decano adiumento sunt caeteri professores et si quem praeterea R. P. Rectori placeret adiungi, qui adhibeantur ad consultationes de rebus huius Facultatis, tametsi rerum decisio ex eorum suffragijs non pendeat, vt habeat S. P. N. 4 p. c. 17 L. H.

### Capvt II.

#### De ordine Lectionum Theologicarum.

- I. Scholasticus vterque docet ante prandium, vnuſ a septima ad quadrantem post octauam, alter deinceps vsque ad medium decimae. Quando autem futura est disputatio hebdomadaria a prandio Sabbatho, ante prandium alternis docet modo Scripturarius, modo Moralis Theologus loco eius Scholastici, qui a prandio disputationi praefuturus est.
- II. A prandio hyeme hora 1<sup>a</sup>, aestate hora 2<sup>a</sup> tres quadran-

---

et sic ubi deficerent perficerentur. Quod ita factum a tribus Theologiae Professoribus P. Cornelio Hewer, P. Joe. Schoenero, P. Joe. Wisse vt 1º. utraque statuta attente legerent, studiose inter se contulerint etc. Es folgt dann ein genaues Arbeitsprogramm für die Abfassung des wichtigen Aktenstückes (Mnscr. der Theodor. Pa. 126).

pätern  
rungen  
n aus  
g der  
nfangs  
statuten  
e For-  
dieses  
e) und  
bemer-  
en am  
put I:  
m"; zu  
Da die  
n sind,

tate

io.  
in hac  
eret in  
Acta fac.  
sti, cum  
ab hoste  
ab initio  
interci-  
authen-  
Facultati  
tis Theo-  
gerentur

- tes docet Casista, tres sequentes Scripturarius, Hebraeus duos postremos.<sup>1)</sup>
- III. Scholasticis lectionibus intersunt omnes Theologiae auditores, Moralibus, qui sunt 1 et 2 anni; Scripturae, qui sunt 3 et 4; Hebraicae, qui secundi anni.
  - IV. Quotidie praeterquam Sabbatho, quibus diebus est Lectio, etiam repetitio est Lectionum Scholasticarum, hieme a medio 1<sup>ae</sup> ad medium 2<sup>ae</sup>, aestate hora 1a.
  - V. Scriptura Domi repetitur Dominicis hibernis hora 2a dum in gymnasio habetur Catechismus: aestate postridie vacationis hora quinta.
  - VI. Casus repetuntur Domi Feria 2da hora 5a per tres quadrantes. In schola de ijs disputatur loco lectionis primo die non impedito post Kalendas cuiusque mensis.

### Capvt III.

#### De promouendis ad gradus.

- I. Qui gradum in hac Facultate petit, eum legitime natum aut legitimum factum esse oportet, omnique infamia et criminis nota carere.
- II. Qui in theologia Baccalaureatum petit, eum oportet duos annos in eo studio compleuisse, qui Licentiatum quatuor, idque lectionibus omnibus assidue obeundis.
- III. Ad 1am Disputationem pro gradu nemo admitti debet nisi praemisso examine, quo exploratum sit, eum ad defendendas publice theses esse idoneum. Examinandus autem est per horam a quatuor Examinatoribus in ijs partibus Theologiae, quas eo biennio audierit.
- IV. Admittetur ad disputationem 1am per secreta suffragia plura, vel paria. Et eosdem Examinatores oportebit illi disputationi interesse, et pari modo per secreta suffragia post eam decernere, sitne dignus gradu, pro quo disputauit et an possit absque vltiore Examine ad sequentem disputationem admitti, atque ita deinceps per omnes disputationes fiet vsque ad supremam.
- V. Ante Baccalaureatum Biblicum ex vna parte semel disputabit: Bis ex duabus sequentibus ante Formatum: Bis item ante Licentiam: Semel ex quarta partium S. Thomae, iterum ex omnibus.

<sup>1)</sup> Randnote: Aut potius a medio 2<sup>ae</sup> hyeme.

VI. Quis  
tus  
qua  
thus  
proi  
VII. Ad  
poss  
doce  
VIII. De  
dispe  
qui  
IX. Disp  
octa

I. Prom  
II. Prog  
typ  
III. In  
in  
IV. Bac  
dell  
sole  
infe  
hic  
fatu  
S. f  
fide  
tac  
Tur  
Bid  
stir  
bre  
ma  
ren  
vet

<sup>1)</sup> D  
sint? mi  
est vacat

- raeus  
tores,  
sunt  
ectio,  
ne a  
m in  
tionis  
qua-  
primo
- VI. Quisquis gradum in Theologia petit, ad Sacros ordines aptus sit oportet et careat deformitate, penuria et similibus, quae Sacerdotium impediunt. Vt Baccalaureus fiat, Acolythus; vt Licentiam consequatur iam in Sacris sit, ac proinde saltem 25<sup>m</sup> annum agat.
- VII. Ad gradus Baccalaureatus quotannis aliqui promoueri possunt: Ad Licentiam non nisi cum aliqui praestanti doctrina petuerint.
- VIII. Decanus non modo post Examen sed etiam post singulas disputationes monebit R. P. Rectorem, vt conuocatis patribus, qui ius suffragij habent, eorum sententiam exquirat.
- IX. Disputationes pro gradu habeantur in aula theologica ab octava ad decimam antemeridianam.<sup>1)</sup>

#### Capvt IV.

##### De Ritu Promotionum ad Gradus.

- I. Promotiones omnes fiunt in Theologia antemeridiano tempore.
- II. Programma pro Promotione Baccalaurei Biblici non semper typis excudi necesse est, pro Doctoratu autem semper.
- III. In Baccalaureatu nunquam adhibeantur tubae nec musica, in Doctoratu semper vtraque.
- IV. Baccalaureatus Biblicus hoc ritu confertur: praeente Bidello cum Sceptro, promotor in ornatu Doctorali, comitatus solo Candidato, veste talari induito aulam ingreditur per inferiorem ianuam, et ille quidem cathedram concendit, hic autem subsellia respondentium. Deinde breuiter praefatus Promotor iubet Candidatum aliquid dicere de laudibus S. Scripturae, qua oratione finita exigit ab eo professionem fidei, quam legit stans in eodem quo antea loco, sed tacturus Euangelia flectit genua coram altari praeparato. Tum vero iubet ei praelegi promissiones et iuramenta a Bidello. Quibus attactu sceptri a Bidello porrecti praestitis ipse promotor aliquam quaestionem quodlibeticam breuiter pertractat, tum imponit illi epomidem atque in manum tradit Biblia ac denique Baccalaureum Biblicum renuntiat. Renuntiatum iubet locum aliquem explicare e veteri testamento et alterum ex nouo. Denique breuiter

<sup>1)</sup> Fussnote: NB. an nulli praeter Theologos huic disputationi intersint? mitte hic: atque discipuli; et an meridie frequentetur? in Theologia est vacatio.

auditoribus aguntur gratiae. Promotor cum Baccalaureo eadem qua venerat via reddit in Collegium. A prandio in Theologia vacatur.

- V. Baccalaureatus Sententiarius siue Formatus confertur post disputationem alteram eorum, quae hunc gradum praecedunt et sequuntur Biblicum. Primo itaque prodit promotor cum Baccalaureo induito sua epomide per interiorem januam ut supra. Deinde iubetur Baccalaureus facere protestationem, quae omnibus disputationibus pro gradu praemitti solet, tum disputatur et ultima dimidia hora cessatur et promouetur Baccalaureus, traditoque libro Sententiarum iubetur explicare locum ex primo, deinde, ubi illum absolverit, ex tertio libro. In utraque hac promotione praeter promotorem et promotum nemo vtitur ornatu Academico, ut neque in disputationibus pro gradu. A prandio in Theologia vacatur. Ad neutram promotionem quisquam solemniter inuitatur neque distribuuntur bellaria.
- VI. Ad promotionem Doctoralem Promotor ipse cum habitu Academico inuitat tribus vel quatuor diebus ante promotionem praecipuos praelatos, id est Principem (si adsit in urbe vel Neuhausij), Suffraganeum, Abbatem, Praepositum, Decanum. Comitantur eum praeter Canditatum cum epomide Baccalaurei unus vel alter in Theologia externus Doctor vel Licentiatus cum suis ornamentis, postridie idem externus cum Bidello et aliquot graduatis inferioribus inuitat caeteros. Comitatur Canditatus, si tamen sit de societate hac posteriori die non comitatur. Circa idem tempus affigitur Catalogus, in quo si plures sint Collocandi, qui prior compleuit cursum Disputationum suarum, et Baccalaureus Formatus renunciatus est, is etiam priori loco ponitur.

Ipsa die promotionis circa medium septimae incipit dari signum tubis et deinceps per interualla tertio. Cantatur quoque Sacrum musicè medio Septimae. Finito Sacro Promotor cum Candidato illo in habitu Doctorali, hoc in Baccalaurei praecedentibus et clangentibus tubis et Bidello cum Sceptro puerisque ornamenta doctoralia ferentibus egreditur per portam Collegij et ingreditur aulam per ianuam exteriorem Comitantibus honoris causa aliquot graduatis cum suo ornatu. Cessantibus tubis personat vocum Symphonia. Interea Promotor Cathedram, Candidatus sua subsellia occupat.

Candidato a pueris in pulvinis preeferuntur ornamenta

pos  
con  
ad  
pau  
trae  
qua  
pro  
lus  
pra  
I  
Car  
fac  
ille  
dan  
Car  
mo  
vlla  
reu  
dis  
fidi  
lau  
et  
De  
bru  
ma  
ren  
tan

lib  
fac  
uit

a  
cip  
lit  
2.  
qu  
ga  
Ha  
off  
log

1)

J. Frei

postea danda, qui in dispositis ante Cathedram<sup>1)</sup> sedibus  
consident tantisper, ac postea dum distribuenda sunt, vocati  
ad Cathedram ea promotori porrigit. Promotor praefatus  
pauca edicit Candidato, quam velit ab eo quaestionem  
tractari, eaque pertractata exigit primo professionem fidei,  
quam praestat eodem ritu, quo in Baccalaureatu. Deinde  
promissionem et iuramenta Academica, quibus lectis Bidel-  
lus Sceptrum ei tangendum porrigit, cuius attactu ea  
praestat Candidatus.

His praestitis promotor aliquid dicit de laudibus sui  
Candidati, iubetque petere Licentiam a Cancellario, quod  
facit stans ante Cancellarium ac deinde flectit genua cum  
ille annuens eius petitioni incipit licentiam solemnni formula-  
dere. Eaque accepta breuiter agit gratias. [Quod si ipse  
Cancellarius sit promotor Candidatus manens in imo et  
modice conversus ad Cancellarium flectit genua, neque  
villas gratias agit]. Candidatus actis gratijs Cancellario,  
reuertitur ad suum subsellium. Interea canitur tubis,  
distribuuntur Catalogi, recitantur carmina, canitur voce, ac  
fidibus. Promotor iubet Licentiatum deposito habitu Baccalaurei  
Cathedram descendere eiusque possessionem capere  
et antequam insignia conferat quaestionem ipse pertractat.  
Deinceps confert insignia 1º Epomidem. 2º Pileum. 3º li-  
brum clausum, mox apertum. 4º annulum. 5º Complexum  
manuum cum appositis sententijs. Denique solemniter  
renunciat Doctorem, canitur tubis, distribuuntur, et reci-  
tantur Carmina, ac demum canitur voce et fidibus.

Promotor nemine nominato ex toto coetu iubet, si cui  
libuerit proponere quaestionem nouo Doctori, quod fere  
facit quispiam Baccalaureus Theologiae, eique Doctor bre-  
uiter respondet.

Finita quaestione et actis a Baccalaureo gratijs, aguntur  
a Promotore gratiae spectatoribus. De quibus haec praeci-  
pi generatum possunt: 1. gratiae agantur Deo et Coe-  
litibus, quibus annumeraudus illius. Fundator noster.  
2. Principi. 3. Post principem Capitulo, nisi quis adsit  
quem capitulares sibi praeferant. Cuiusmodi est Suffra-  
ganeus. Abbas et si quem in ipso actu ante se collocarent.  
Hos sequitur R. P. Rector, tum Cancellarius principis et  
officialis, Cancellarius Vniuersitatis et alij Doctores Theo-  
logiae ac Licentiati, Praelati, Canonici, Religiosi, Doctores

<sup>1)</sup> Randnote: = ad utrumque latus ante altiora subsellia.

iuris et Medicinae, Consules vrbis, Decanus Facultatis Philosophicae cum professoribus, Baccalaurei Theologiae, ciues, iuuentus studiosa. Omnibus finitis itur ad templum honoratioribus viris promotorem et promoto singulis singulos deducentibus. Ipse Promotor cum promoto flectit genua ante summum altare, caeteri vtrimeque consident, interea canitur Te Deum laudamus.

In promotione Doctorali et Licentiae omnes vtriusque Facultatis vtuntur habitu Academico. Si quis tantum Licentiam petat, promotio fiet omissis insignibus et promotione Doctorali; manebitque promotus in loco inferiori, nisi quod post Licentiam ponatur ei inferior cathedra. Promotor non est, sed Praesentator, qui praefatus fuit, professionem fidei iuramenta et promissiones exegit de laudibus eius dixit et qui post Licentiam acceptam gratulatur, eumque vt Licentiatum habendum declarat et quaestionem proponit ad quam Licenciatus ex inferiori cathedra respondet.

### Capvt V.

#### De expensis Promotionum in Theologia.

Pro Doctoratu decem Taleros Academiae; duos Taleros et 18 Solidos Bidello soluunt Candidati. Pro Licentia quando seorsim confertur 6 Taleros Academiae; vnum Talerum et nouem solidos Bidello. Pro Baccalaureatu quolibet duos Taleros et dimidium Academiae, 20 solidos Bidello. Pro disputatione publica 5 solidos Bidello. In solemnitate Doctoratus et Licentiae permittitur arbitrio promoti vt uel bellaria distribuat uel chirothecas uel prandium praebeat. Promotus prandium praebet nisi aliud uideatur Facultati.

### Capvt VI.

#### De Festo S. Augustini.

- I. Affigitur programma, vt in libro Formularum.
- II. Hora septima matutina praecedente Bidello cum sceptro conuenitur ad orationem a Rectore et Doctoribus academice ornatis, Decano philosophiae cum suis absque vlo ornatu. Rector cum Theologis dextram, Decanus philosophiae laeuanam aulae partem occupat cum suis.
- III. Finita oratione per exteriorem ianuam exitur ad templum, ubi pari modo ad dextram Rector, ad laeuanam decanus con-

sidet et finito Sacro reditur per Sacristiam. Reliquo die  
vacatur a Theologis.

- IV. Oratio habenda a Studioso Theologiae, et si fieri potest  
Baccalaureo.<sup>1)</sup>

### Capvt VII.

#### De Formulis Solemnibus Huius Facultatis.

##### I. Formula protestationis disputantium pro Gradu Theologico.

Ego N. N. Sacrosanctae Theologiae Studiosus siue Baccalaureus coram vobis venerabilibus praeceptoribus meis totoque  
hoc auditorio libera uoce protestor, me nequaquam animo de-  
creuisse vel in hac actione Theologica vel alijs similibus dogma  
aliquod proponere, aut pertinaciter defendere, quod cum fide  
orthodoxa catholica, cum Sanctae Ecclesiae Romanae decretis,  
sana doctrina Sanctisue moribus pugnet; vel etiam quod aut  
sine suspicione erroris, vel nota temeritatis vel aurium piarum

<sup>1)</sup> In der Handschrift folgen hier mehrere Notae: NB. 1<sup>o</sup>. Acta mem-  
morant habentibus hanc orationem condonatam vnam disputationem pro  
gradu et fere 2dam ante Baccalaureatum Formatum.

NB. 2<sup>o</sup>. In alia Charta nihil habetur de decano et professoribus  
philosophiae.

NB. 3<sup>o</sup>. Treueri consilium Facultatis Theologicae anno 1627 quaerente  
ac probante R. P. Hermanno Bauingh prouinciali declarauit: 1<sup>o</sup>. vt ex  
veteri Treuirensium consuetudine in festo S. Thomae Aquinatis a lectioni-  
bus in Theologia vacetur. 2<sup>o</sup>. ut ordinarie ad Licentiam vel Doctoratum  
non admittatur nisi qui iam fuerit Sacerdos ordinatus, et si dignitas per-  
sonae, vel alia rationabilis causa ita exigat, in aliquo particulari casu desu-  
per a Facultate dispensemetur. 3<sup>o</sup>. Vt post disputationem pro gradu Baccalaureatus Format, Facultas deliberet de eruditione ac promotione respon-  
dentis: Deturque potestas promotori, proxima, qua illi commodum fuerit,  
lectione Canditatum suum promouendi ex formula consueta: nec impedian-  
tur propterea lectiones. 4<sup>o</sup>. Vt nostri PP. qui actu docent a facultate  
Theologica approbati, etiamsi promoti Licentiati vel Doctores non sint,  
possint tamen in senatu esse Theologico ex veteri consuetudine plurium  
locorum. Aliorum vero qui actu non docent, ad Senatum nemo admitta-  
tur nisi promotus Doctor et qui praesederit disputationi publicae juxta  
statuta.

Haec ita declarata die et anno praemissis testatur manu sua P. Pe-  
trus R. Roestius S. J. eo tempore decanus. Dazu auf einem Beiblättchen.  
NB. An et quoties nostris ad gradus promouendis ante promotionem dispu-  
tandum saltem referatur inter consuetudines.

An non ad consuetudines referendum de repetitionibus. Ex regulis  
item de tempore quo scriptura audienda. NB. Quo habitu non promotus  
professor Theologiae in actibus publicis comparendebeat, videtur in phi-  
losophico.

offensione defendi non possit. Quod si vero mihi non cogitanti, aut lapsu linguae, aut mentis obliuione, vel alia quauis de causa, aliquid eiusmodi exciderit, iam nunc reuoco ac semper reuocare vel interpretari<sup>1)</sup> secundum ordinationem Theologicae Facultatis sum paratus.

II. Formula programmati pro die promotionis ad Baccalaureatum Biblicum.

Ad maiorem Dei gloriam.

III. Kal: April: sub horam octauam antemeridianam R<sup>dus</sup> Pater in Chro. P. Virgilius Maro Societatis Jesu presbyter Sacro-sanctae Theologiae Doctor et Professor Ordinarius Reuerendum et eruditum dominum D. Ouidium Nasonem N. Liberalium artium et philosophiae Magistrum ex decreto senatus Theologici Sacro-sanctae Theologiae Baccalaureum Biblicum publice solenniter renunciabit in Auditorio Theologico. Anno salutis MDCXX.<sup>2)</sup>

III. Formula promissionis, et iuramenti ante Baccalaureatum Biblicum.

R<sup>dus</sup> et ornatissimus Dominus Candidatus primo promittet, se reuerentiam et honorem debitum Doctoribus exhibiturum et bonum Vniuersitatis Facultatis Theologicae, singulorumque Doctorum pro uiribus procuraturum. Deinde se studij generalis Paderbornensis atque imprimis Venerabilis Facultatis Theologicae iura, libertatem, ordinationes, consuetudines laudabiles defensurum et obseruaturum ad quemcunque Statum peruenierit. Ad haec se gradum Baccalaureatus, quem modo recepturus est, nusquam iteraturum. Praeterea iurabit se dogmata ab ecclesia Romana damnata vel suspecta vel cum bonis moribus pugnativa aut piarum aurium offensiua scientem, prudentem non defensurum. Denique si lapsu linguae vel alia occasione aliquod huiusmodi erratum in publicis actionibus exciderit, se in eo vel reuocando vel interpretando et exponendo obtemperaturum ordinationi Facultatis Theologicae.<sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Randnote: Treuirensia habent: Secundum sensum et doctrinam Ecclesiae catholicae Romanae sum paratus. In reliquis plane conueniunt. Die Orthographie des Originals wie auch die Interpunktio sind beibehalten, obwohl beide nicht constant sind.

<sup>2)</sup> Randnote lautet: Affigitur minimum propriidie.

<sup>3)</sup> Randnote lautet: NB. Promouendi haec omnia approbasse censetur, si apicem Sceptri a Bidello porrecti attigerint. Ita Treuirensia. Die Worte sind auch als Schluss dem Text zugesetzt: Omnia haec praestitisse censembitur si apicem Sceptri a Bidello porrecti attigerit.

IV. 1)

E  
dinariu  
logicae  
concess  
cum,  
noris g  
Sancti

V. 1)

N  
vsurpa  
tiarius

VI

II  
Rdus  
Doctor  
Theolo  
cum  
Theolo  
Crucis  
dem s  
nuntia  
Terent

1)  
2)  
toralis;  
verba  
Societa  
cancel  
diem V  
cum S  
num o  
reum  
Paderb  
pertita  
publice  
tiabit  
Io. a  
carmen  
rem vt

IV.<sup>1)</sup> Formula promouendi Baccalaureum Biblicum.

Ego N. N. Sacrosanctae Theologiae Doctor et professor ordinarius Te N. N. nomine venerandae Facultatis Nostrae Theologicae creo, pronuncio et publice proclamo in hoc ornatissimo consessu eiusdem Sacrosanctae Theologiae Baccalaureum Biblicum, ac potestatem facio omnes actus exercendi, qui huius honoris gradui conueniunt. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.

V. Formula promouendi Baccalaureum Formatum.

NB. In promotione Baccalaurej Sententiarij sive Formatius usurpatur eadem formula nisi quod pro Biblico dicitur Sententiarius sive Formatus.

VI. Formula programmatis pro die promotionis Doctoralis.

Ad maiorem Dei Gloriam.

III.<sup>2)</sup> Nonas quintiles sub horam septimam matutinam R<sup>d</sup>us in Chro. Pater Valerius Martialis Sacrosanctae Theologiae Doctor et professor ordinarius ex decreto eximiae Facultatis Theologicae post rem diuinam de Spiritu Sancto in aede Sacra cum Symphonia peractam R<sup>d</sup>m et doctissimum Sacrosanctae Theologiae Baccalaureum Formatum Statuum Papinium ad S. Crucis Hildesij Canonicum, in Auditorio Gymnasij maximo eiusdem sacrosanctae Theologiae Doctorem solemniter publice renuntiabit, postquam ei licentiam impertuerit R<sup>d</sup>s in Chro. Pater Terentius Varro Societatis Jesu presbyter SS. Theologiae Doctor,

<sup>1)</sup> Die röm. Ziffern fehlen von hier ab im Codex.

<sup>2)</sup> Randnote: NB. Ab hac formula vix differt formula Catalogi Doctoralis; quae anno 1628 in parergis conuenit cum catalogis MM. quoad verba sint huiusmodi A. M. D. V. M. M. G. — R. P. Joannes Horion e Societate Jesu SS. Theologiae Doctor et professor ordinarius Academiae cancellarius ex decreto venerandae (eximiae) facultatis Theologicae ad diem VI Kalendas Octobris sub horam septimam antemeridianam peracta cum Symphonia re diuina et implorata ope Spus Sancti R<sup>d</sup>m et doctissimum dominum D. Bernardum Frick Hachensem SS. Theologiae Baccalaureum formatum Collegiatae Ecclesiae SS. Apostolorum Petri et Andreae Paderbornae Canonicum et parochum Segenensem in Nassovia, post impertitam auctoritate apostolica Licentiam eiusdem SS. Theologiae Doctorem publice in maximo auditorio Academicо Solemni ritu more maiorum renuntiabit atque inaugurabit quaestiones. Ante inaugurationem tractabuntur Io. a D. Candidato patetne (?) IIo. a P. promotore. A<sup>o</sup>. etc. Subjicitur carmen saltē ad promotum aut promotionem si non etiam ad promoto-rem vti in catalogis Magist.

et Professor Ordinarius, Almae Vniuersitatis Paderbornensis Cancellarius. Anno MDCXX.

VII. Formula promissionum et iuramentorum quae ante Licentiam Doctoralem a Baccalaureis exiguntur.

Rdi et doctissimi Domini SSae Theologiae Baccalaurei, vt Licentiam Doctoralem in eadem SSa Theologia consequamini, primum promittetis vos Rdo in Xro Patri Cancellario Generalis studij Paderbornensis, Magistris nostris et Promotori debitam reuerentiam et honorem exhibituros, datusque operam, vt ad quemcunque statum peruenieritis, prout res et locus feret, bonum Theologicae Facultatis promoueatis.

Secundo promittetis vos pacem, Concordiam et tranquillitatem tum vniuersitatis, tum Facultatis mutuamque omnium consensionem defensuros.

Tertio vos fidele testimonium de Baccalaureis Theologiae perhibituros, vbi a Concilio eiusdem facultatis legitime rogati fueritis.

Quarto iurabitis vos gradum Licentiae ac Doctoratus quem modo recepturi estis, nusquam iteraturos esse.

Quinto vos triginta annorum aetatem compleuisse, nisi sit vobiscum a Facultate dispensatum.

Sexto iurabitis vos in Solemnitate Doctoratus vestri non expensuros vltra tria millia argenteorum Turonensium iuxta Clementinam: cum sit nimis. De magistris.

Septimo vos in hac vniuersitate et non alibi insignia Doctoralia accepturos nisi iustis de causis a Facultate fuerit dispensatum.

VIII. Formula Collationis Licentiae Doctorali.

Quod Deus opt. max. ad maiorem nominis sui gloriam et Ecclesiae vtilitatem feliciter euenire iubeat. ego Terentius Varro SSae Theologiae Doctor et Professor ordinarius huius almae vniuersitatis Cancellarius auctoritate SSae Sedis apostolicae, qua in hac actione ex munere meo fungor do tibi Rdo ac doctissimo D. Statio Papinio eiusdem Theologiae Baccalaureo Formato Licentiam in Theologica Facultate legendi, regendi, disputandi, atque omnes actus doctorales exercendi hic et vbiique terrarum, cum ea perfeceris quae ad hanc solemnitatem pertinent. In nomine SSae et individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Randnote: Treuiris confertur licentia ab induito superpelliceo et stola.

IX. Formula Promotionis Doctoralis.

Quod Deus ad immortalem sui nominis gloriam et Ecclesiae ornamentum bene vertat. Ego Valerius Martialis SSae Theologiae Doctor et Professor ordinarius auctoritate publica qua venerandus Theologorum Senatus me in hodierna actione fungi voluit Te Rdm et clarissimum D. Statium Papinum SSae Theologiae Licentiatum in hoc florentissimo consessu creo, declaro et palam renuntio SSae Theologiae Dectorem simulque potestatem facio Doctoralem cathedram concendendi, sacram scripturam interpretandi et exponendi, Theologiam docendi, disputandi, respondendi, praesidendi, omnes denique functiones obeundi, quae ad hunc supremum honoris gradum pertinent hic et ubique locorum in nomine Patris et Filij et Spiritus S. Amen.

X. Formula pro die S. Augustini.<sup>1)</sup>

Cancellarius Almae Vniuersitatis Paderbornensis Studiosae  
Juuentuti S. P.

V. Kalend. Sept. dies agitur Sacer Magno illi et inclyto Sanctae Ecclesiae Catholicae Doctori, ac propugnatori D. Au-  
relio Augustino, quem sibi patronum ac praesidem delegit ve-  
nerabilis Facultas nostra Theologica. Quocirca eo die sub horam  
septimam antemeridianam oratio de eius laudibus publice ha-  
bebitur, ac mox sacrum adhibita Symphonia in templo Acade-  
mico fiet. Nostri muneris fuit vos vniuersos atque imprimis  
SS. Theologiae Candidatos et Baccalaureos communefacere atque  
hortari, vt frequentes adesse atque cum orationem tum Sacrum  
coherestare velitis, vt ita non modo studia vestra erga praestan-  
tissimam doctrinarum palam demonstretis, verum etiam pro  
felici vniuersitatis nostrae Statu atque incremento Deum pre-  
cemini. Propositum VI. Kalend: Septemb: Anno Domini  
MDCXX. <sup>2)</sup>)

XI. Formula pro Festo S. Joannis ante portam latinam.

Rector almae vniuersitatis Paderbornensis studiosae iuuen-  
tuti. Pridie nonas Maij memoria colitur S. Joannis Apostoli,  
cum ante portam latinam Christi causa in oleum igneum de-

<sup>1)</sup> Randnote: NB. Potest etiam proponi nomine decani Theologicae Facultatis. Das Concept (= Cod. A) cit. hat ausser dieser Formula keine andere.

<sup>2)</sup> Dieses Datum, wie auch die Daten bei den übrigen Formulae be-  
ziehen sich nur auf die Abfassungszeit der Formula, nicht auf die Abfas-  
sungszeit der Statuten, wie schon oben bemerkt.

mersus nihil passus est. Qui quum huius vniuersae Academiae patronus est et praeses is dies a nobis annua solemnitate celebratur. Quocirca pro nostro munere mandamus omnibus atque hortamur, vt eo die hora 7ma antemeridiana; in templum Academicum ad Sacrum, quod in honorem illius Apostoli cum Symphonia fiet frequentes conueniatis atque adhibita eius intercessione quem diligebat Jesus, Deum pro tranquillitate Reipublicae nostraque Academiae incolumitate atque incremento diligenter precemini.

Datum IV Nonas Maij. Anno partae Salutis MDCL.

XII. Formula citationis ad leges Academicas audiendas.

Rector Almae vniuersitatis Paderbornensis iuuentuti Litterarum studiosae S. P.

Quod more comparatum est in bene institutis Academijs, vt stato quotannis die leges Academicae palam legantur et iuentus, quod ex vsu fuerit admoneatur, id visum est a nobis proximo die Solis, altera post meridiem hora esse faciendum; nimirum vt omnes intelligent quemadmodum in hac publici Gymnasij luce versari et Academiae dignitatem tueri debeant. Quare omnes non modo superiorum classium verum etiam Rhetorices et Humanitatis studiosi frequentes in Auditorio Theologico assint, audituri, quae praecipientur, et facturi quae audierint. Eodem tempore superiorum classium studiosi, qui id necdum fecerunt, in Album vniuersitatis siue Matriculam referentur, quibus interdicitur ne prius publicas lectiones audire pergant, quam id fecerint. Qui neglexerit, non modo immunitatibus ac priuilegiis Academicis non fruetur, sed etiam pro negligentiae modo muletabitur.

Datum pridie Jdus Nouembris Anno MDCIL.

XIII. Formula promissionis eorum qui immatriculantur.

Ego N. N. promitto Io. Me iura et priuilegia vniuersitatis Paderbornensis pro uiribus defensurum atque eius honorem ad quemcunque statum peruenero, promoturum. 2o. Me non effecturum, nec consensurum vt pax inter membra vniuersitatis turbetur. 3o. Me Rectori et Vniuersitati in licitis et honestis, iisque quae ad ipsius officium pertinent obedientiam praestituru, honoremque ac reuerentiam exhibituru. 4o. Me coram Magistratu Vniuersitatis, cum a Bidello citatus fuero, comparituru, eiusque iudicio staturum.

XIV. F

Decan

No

Logicae

vt se ia

laude v

que ma

quoniam

proximo

sunt in

losophia

dignos

torium

de eoru

anno pa

XV. I

Decan

Qu

Philoso

unte m

Academ

damus

ram p

philoso

silio v

horam

Exame

Licentia

Anno a

De

A

mae V

1) setzt ab

XIV. Formula Citationis ad Examen pro Baccalaureatu.

Decani Facultatis Artium Liberalium et Philosophiae eiusdem Philosophiae candidatis S. P.

Non estis nescij eos qui post Artium faciliorum studia Logicae in Gymnasijs Academicis eo successu nauarunt operam, vt se iam ostenderint in ipsis quoque philosophiae adytis cum laude versari posse, per quosdam quasi gradus more institutoque maiorum ad Academicos honores euehi solere. Quamobrem quoniam tempus instat, quo probanda est eorum industria, qui proximo superiore anno absolutis Logicae studijs Physicam sunt ingressi, hortamur omnes, vt quicunque se primo in Philosophia honoris gradu, quem Baccalaureatum vocant non indignos putant ij<sup>1)</sup>) Kalendis Maij hora 2a pomeridiana in auditorium Physicorum conueniant, ibique cognoscant quid nobis de eorum examine fieri placeat. Datum pridie Kalendas Maij anno partae salutis MDCL.

XV. Formula Citationis ad Examen pro Magisterio.

Decanus Facultatis Philosophicae eiusdem Magistralis Laureae candidatis.

Quod sapienter institutum est, vt quotannis, qui studiorum Philosophiae triennalem cursum feliciter confecerunt, ijs exente mense Junio ad experiundos progressus suos et honores Academicos petendos campus aperiatur, idem vt vobis concedamus tempus admonet. Quocirca in diem hodiernam ad horam primam pomeridianam Conuentum in Auditorio primae philosophiae Professorum nostrorum indiximus, vt eorum consilio vestrae eruditionis periculum faciamus. Ad eam igitur horam omnes quo diximus loco conuenite accincti ac parati ad Examen quod ante vobis subeundum est, quam Magisterialis Licentiae compotes esse possitis. Datum IX Kalendas Julij Anno a Natiuitate Domini Nostri Jesu Christi MDCXLVIII.

XVI. Formula pro festo S. Catharinae.

Decanus Facultatis Liberalium Artium et Philosophiae Studiosae Juuentuti S. P. D.

Ad VII Kalend. Decemb. celebris est memoria Sanctissimae Virginis et Martyris Christi Catharinae, quam pleraequem

---

<sup>1)</sup> Pachtler, Monum. Germ. cit. p. 213 gibt diese Formel ebenfalls, setzt aber unrichtig in statt ij (= II).

omnes Academiae christiani orbis iam inde a suis primordijs Patronam ac Praesidem Liberalium Artium et Philosophiae studiorum admirabili consensione delegerunt. Harum exemplo pridie eius diei sub horam alteram a meridie inuitamus omnes ad orationem, quae in auditorio publico de eius laudibus habebitur, atque postridie sub horam 8am ad rem diuinam, quae cum musico concentu in aede Sacra fiet. Hortamus vero omnes, vt eum diem, qui ab instauratis studijs primus idoneam ad id celebritatem habet sacra confessione et communione sanctiorem atque augustiorem faciant. Deumque interposita integrimae ac sanctissimae virginis et constantissimae Martyris intercessione huic Academiae, ciuitati, dioecesi vniuersae propitiare studeant. Datum IX Kalend. Decemb. Anno Domini MDCXL.

2. Statuta Facultatis Theologicae in Paderbornensi Vniuersitate innouata ao. 1654 in Augusto.<sup>1)</sup>

(Jüngste Recension.)

Capvt I.

De Magistratibus huius Facultatis.

- I. Rector et Cancellarius ratione officij semper sunt in hac Facultate et eius consilio; tametsi Rector non haberet in ea Gradum.
- II. Officia Cancellarij in hac Facultate sunt. Dare Licentiam Doctoralem: promulgare Auditoribus SS. Theologiae, quae ex his Statutis ad eos pertinent semel minimum quolibet anno, agere quae sunt praefecti Generalis iuxta Regulam et haec Statuta.
- III. Decanus non suffragijs professorum, aut aliorum de concilio; sed Superiorum designatione renuntiatur; tametsi expediat in eorum conuentu fieri; idque ipso die S. Augustini.
- IV. Decani officia sunt Im Examinare eos, qui ad disputationes publicas vel Gradum admitti postulant de conditionibus c 5 § 1 et 2 requisitis: Deinde petere a R. P. Rectore indici conuentum pro ijsdem an sint admittendi, et postea

<sup>1)</sup>) Randnote: NB. Professio fidei juxta formam Trid. praemittenda.

ad ferenda de ijs suffragia. 2<sup>m</sup> In eo conuentu praelegere paragraphum ex Statutis et Regulis, qui praecipit de ea re, qua de in eo conuentu agendum est. 3<sup>m</sup> Attendere vt in actibus publicis omnia rite et ordine fiant, dirigere tamen disputationes secundum regulam est Praefecti. 4<sup>m</sup> Designare oratorem in festo S. Augustini. 5<sup>m</sup> Habere curam Catalogi in promotionibus Theologicis; et curare programmata, quae nomine huius Facultatis publice proponuntur. 6<sup>m</sup> Habere duos Libros Statutorum nempe huius Facultatis et Actorum, Communia sunt: si quid in consilio praeter Statuta fuerint conclusum: Designatio noui Decani: Actus publici: Promotiones: Responsiones ad Casus Facultati propositos: Ratio acceptorum et expensorum: et si quid aliud accidat, quod hanc Facultatem concernat. 7<sup>m</sup> In acta referre illa, quae R P Prouincialis in visitatione Collegij ad hanc Facultatem pertinentia ordinariet, et operam dare vt suo tempore seruentur. 8<sup>m</sup> Si quaestio vel casus quispiam ad facultatem deferatur petere a R. P. Rectore conuentum indici ad eius resolutionem; et si ea in Scripto petatur, id faciendum curare. 9<sup>m</sup> Habere curam Supellectilis ad hanc Facultatem pertinentis; et reddere rationem acceptorum et expensorum anno suo euoluto, quando natus est nominatus, cui tradet omnia quae ad hanc Facultatem spectant.

V. Decanus nominatus promittet quae habentur c. 12 § 2.

## Capvt II.

De consilio huius Facultatis et ordine in conuentibus publicis.

- I. Omnes SS. Theologiae Professores possunt esse de consilio huius Facultatis etiamsi non sint promoti Doctores aut Licentiati. Qui adhibeantur ad consultationes huius Facultatis et si quem praeterea R. P. Rectori placeret adiungi, tametsi rerum decisio ex eorum suffragijs non pendeat, ut habeat S. P. N. 4 parte c. 17 Lit. H.
- II. Qui admittetur ad hoc consilium inscriptus in matriculam, promittet, quae recensentur c. 12 § 3.
- III. In conuentibus publicis Decanus proxime sequitur Cancelarium. Doctoribus hic promotis cedunt promoti alibi, quamuis hi multis annis ante illos gradum accepissent. Potest tamen cum quibusdam iustas ob causas dispensari.

ordijs  
phiae  
mplo  
mnes  
haben  
quae  
om  
neam  
sanc  
inte  
rtyris  
propri  
omini

ensi  
1)

c Fa  
in ea

ntiam  
quae  
olibet  
gulam

ncilio;  
pediat

tiones  
nibus  
rectore  
postea

nda.

Post tempus vero receptionis eorum, si qui hic promoueantur, ijs alibi promoti, et hic legitime recepti, semper et ubique preeferuntur.

### Capvt III.

#### De Lectionibus, Disputationibus, et Vacationibus.

- I. Scholasticus vterque docet ante prandium, alter a Septima ad quadrantem post octauam, alter deinceps vsque ad medium decimae. Quando autem futura est disputatio Hebdomadaria (quae est duarum horarum, nisi paucitas Auditorum tempus contrahendum suadeat) a prandio Sabbatho, ante prandium alternis docent, modo Scripturarius, modo moralis Theologus loco eius Scholastici, qui a prandio disputationi preefuturus est.
- II. Semel quolibet mense vel si pauci sint Auditores alternis mensibus Professores Scholastici simul habeant generales disputationes, quae duas ante, et duas post prandium horas occupent. De casibus disputatione loco lectionis primo die non impedito post Kalendas cuiusque mensis.
- III. A prandio tres quadrantes docet Casista; tres sequentes<sup>1)</sup> Scripturarius, Hebraeus duos postremos.
- IV. Vacationes a lectionibus Theologi proprias habent, festo S. Augustini, festo S. Thomae Aquinatis: et quoties mane vel Gradus aliquis collatus vel pro gradu disputationum fuit.

### Capvt IV.

#### De admittendis ad Lectiones Theologicas.

- I. Ad nullam Lectionem Theologicam admittatur neque in vlla toleretur qui est infamis aut peruersis moribus, et alijs Scandalo: qui vel hic vel alibi professores suos contempsit: e Scholis est electus, aut ex ijs profugit. Quare non ante vlli potestas facienda lectiones hasce audiendi, quam de morum eius honestate constet; et in matriculam sit relatus, aut opportuno tempore cupiat referri.
- II. Ad omnes lectiones nemo cum spe promotionis admittatur, nisi vniuersam philosophiam audiuerit. Ad moralem Theologiam et forte etiam ad Sacram Scripturum admitti possunt, qui non absoluuerunt totam philosophiam. Si tamen

<sup>1)</sup> Randnote: 15. Junij ao. 1655 iudicavit R. P. Provincialis de ordine ommittendum.

hi velint alias aliquot lectiones praeterea audire et sint ad eas apti, non videntur omnino prohibendi. Sicut nec iuris studiosi. Expedit nihilominus ut priores dispensationem a Facultate petant.<sup>1)</sup>

- III. Qui aliunde veniunt, ante receptionem, tam doctrinae, quam vitae ante actae testimonium exhibeant, et in Matriculam opportuno tempore inscribantur.
- IV. Omnes cum primum accedunt ad Theologiam audiendam, nomina sua prodant Generali Praefecto Studiorum; Simulque indicent, quas Lectiones audire et quorum Professorum cupiant; ut constet Facultati de spatio quatuor annorum: et rationem de suis auditoribus, cum rogabitur dare possit, ne vnquam vel Testimonium vel Gradus conferatur ijs, qui vel non omnes lectiones audiuerint, vel in ijs audiendis non fuerint assidui.

### Capvt V.

De Admittendis ad Disputationem pro Gradu, eorumque Examine.

- I. Qui pro Gradu in hac Facultate disputare petit, eum legitime natum aut legitimum factum; matriculae inscriptum; Magistrum Artium ac Philosophiae (nisi sit Religiosus, qui totius Philosophiae in Academia catholica auditae et concessionis Praelati sui testimonium offerat) promotum; in omnibus lectionibus Theologicis assiduo ac diligenter versatum et in disputationibus tam menstruis quam hebdomadarijs probe exercitatum esse oportet; omniue infamia, turpi corporis vitio, et criminis nota carere; non esse electum, aut fugisse ab ordine Religioso, non negasse debitam professoribus reuerentiam, non esse moribus peruersis praeeditum. Quare si aliunde veniat honestae vitae transactae, studiorum et Graduum, si quos forte suscepisset, testimonium habeat.
- II. Qui in Theologia Baccalaureatum Biblicum petit, eum oportet duos annos; qui Formatum tres, qui Licentiam quatuor in eo Studio compleuisse, idque lectionibus omnibus

<sup>1)</sup> Randnote: NB. Ao. 1655 iulij 13 in congregacione R. P. P. Provincialis cum 10 patribus deliberauit de admittendis ad Theologiam et visum fuit, eos qui audiuerunt logicam admetti posse ad casus et canones, ad Scholasticam eos tantum qui saltem aiasticam (wohl artisticam) audiuerunt.

assidue obeundis. Atque de his et superiore paragrapho requisitis Conditionibus Examinatores ante per decanum certiores fiant, quam ad Examen primum procedant.

- III. Ad 1am disputationem pro Gradu nemo admitti debet nisi praemissio Examine, quo exploratum sit eum ad defendendum publice Theses esse idoneum. Examinandus autem est per horam a quatuor Examinatoribus, nempe Praefecto Generali, Decano, et duobus alijs Theologiae professoribus, in ijs partibus Theologiae, quas eo biennio audiuerit.
- IV. Admittetur ad Iam disputationem per secreta suffragia plura vel paria. Et eosdem Examinatores oportebit illi disputationi interesse; et pari modo per secreta suffragia post eam decernere, sitne dignus gradu, pro quo disputauit; et an possit absque vltiore examine ad sequentem disputationem admitti: atque ita deinceps per omnes disputationes usque ad supremam.

### Capvt VI.

De promouendis ad Gradus eorumque disputationibus.

- I. Nemini vllus in Theologia Gradus conferatur, nisi ad Sacros Ordines sit aptus et careat deformitate, penuria et similibus, quae sacerdotium impediunt. Vt Baccalaureus fiat Acolytus, vt Licentiam consequatur Sacerdos sit ordinatus, aut certe in Sacris constitutus; vt si dignitas personae vel alia rationabilis causa ita exigat, in aliquo particulari casu desuper a Facultate dispensemetur.
- II. Ad Gradus Baccalaureatus quotannis aliqui promoueri possunt. Ad Licentiam non nisi cum aliqui praestanti doctrina petuerint idque ab ijs promotoribus, quos Facultas nominauerit.
- III. Disputationes omnes pro Gradu in aula Theologica habentur ab 8<sup>a</sup> ad 10am antemeridianam praemissa protestatione quae extat c. 12 § 1. Nulli studiosi praeter Theologos intersunt hisce disputationibus. Theses omnes, quibus semper aliquae adduntur ex S. Scriptura, censet Praefectus Generalis, et, si imprimendae tres alij cum eo.
- IV. Ante Baccalaureatum Biblicum Candidatus ex una parte semel, Bis ex duabus sequentibus, ante Formatum praeside, quem Facultas nominauerit, disputabit Bis, item sine praeside ante Licentiam. Semel ex quarta partium S. Thomae, iterum ex omnibus.
- V. Decanus non modo post Examen sed etiam post singulas

disputationes monebit R. P. Rectorem, vt conuocatis Patribus, qui ius suffragij habent, eorum sententiam exquirat, quae deinde per decanum ei qui disputauit, manifestabitur.

### Capvt VII.

De ritu Promotionum ad vtrumque Baccalaureatum.

- I. Promotiones omnes frunt in Theologia antemeridiano tempore.
- II. Programma pro promotione Baccalaurei non semper typis excudi necesse est, pro Doctoratu autem semper.
- III. In Baccalaureatu nunquam adhibeantur tubae nec musica. In doctoratu semper utraque.
- IV. Baccalaureatus Biblicus hoc ritu confertur. Praeeunte Bidello cum Sceptro Promotor in ornatu Doctorali comitatus solo Candidato veste talari induito aulam Theologicam ingreditur per interiorem ianuam et ille quidem cathedram concendit, hic autem subsellia respondentium. Deinde breuiter praefatus promotor iubat candidatum aliquid dicere de laudibus S. Scripturae. Qua oratione finita, exigit ab eo professionem fidei, quam legit stans in eodem quo antea loco sed tacturus euangelia flectit genua coram altari praeparato. Tum vero iubet ei praelegi promissiones et iuramenta a Bidello, quibus attactu Sceptri a Bidello porrecti praestitis, ipse promotor aliquam quaestionem quodlibeticam pertractat breuiter. post haec imponit illi Epomidem atque in manum tradit Biblia, ac denique Baccalaureum Biblicum renuntiat. Renunciatum iubet locum aliquem explicare ex ueteri Testamento et alterum ex Nouo. Demum breuiter auditoribus aguntur gratiae. Promotor cum Baccalaureo eadem qua venerat via reddit ad Collegium.
- V. Baccalaureatus Sententiarius confertur post disputationem alteram eorum quae hunc gradum praecedunt et sequuntur Biblicum. Primo itaque prodit Promotor cum Baccalaureo induito sua Epomide per interiorem ianuam vt supra. Deinde iubetur Baccalaureus protestationem facere, quae omnibus disputationibus pro Gradu praemitti solet. Tum disputatur vltima dimidia hora cessatur et praemissa professione fidei promouetur Baccalaureus Formatus traditoque libro sententiarum iubetur explicare locum ex 1<sup>o</sup>. deinde vbi illum absoluerit ex 3<sup>o</sup>. libro.
- VI. In vtraque hac promotione praeter promotorem et promotum nemo vtitur ornatu Academicu, vt neque in disputationibus pro Gradu. Si plures simul promoueantur Baccalaurei.

laurei, is stat primo loco, qui primo disputationes absolvit.

VII. Ad neutram promotionem quisquam solemniter inuitatur neque distribuuntur bellaria.

VIII. Baccalaurei promoti in disputationibus aliquaque publicis Actibus honestiorem, quam alij Theologiae auditores non promoti, locum occupant.

### Capvt VIII.

#### De ritu Promotionis ad Doctoratum.

- I. Ad promotionem Doctoralem Promotor ipse cum habitu Academico inuitat tribus vel quatuor diebus ante promotionem praecipuos praelatos: Principem (si adsit in vrbe vel Neuhusij), Suffraganeum, Abbatem, Praepositum, Decanum aliosque Cathedralis Ecclesiae Canonicos ac Rectorem Magnificum. Comitantur eum praeter Candidatum cum Epomide Baccalaurei vñus vel alter in Theologia externus Doctor, vel Licentiatus cum suis ornamentiis praeeunte Bidello; Postridie idem Externus cum Bidello et aliquot Graduatis inferioribus inuitat caeteros. Cuiusmodi sunt Facultas Theologica aliquique Doctores et Licentiati Theologiae: Cancellarius et officialis principis atque alij eiusdem Reuerendissimi Principis Consiliarij: Aduocatus Vniuersitatis: Decanus et Scholasticus in Bustorff, Doctores et Licentiati iuris ac medicinae Parochi et consules vrbis, Consilium Facultatis philosophicae et si quos praeterea inuitatos cupiat candidatus, qui etiam comitatur. Si tamen sit de Societate hac posteriori die non comitatur.
- II. Circa idem tempus affigitur Catalogus, in quo si plures sint collocandi, qui prior compleuit cursum disputationum suarum et Baccalaureus Formatus renunciatus est, is etiam priori loco ponitur.
- III. Ipso die promotionis hora sexta incipit dari signum tubis ante aulam Theologicam et deinceps per intervallo tertio. Cantatur quoque sacrum Musice medio Septimae, cui praeter auditores Theologiae ac Philosophiae intersunt Candidatus et Promotor, et hi quidem consident ante summum altare in subsellijs, illis positis extra cancelllos.
- IV. Finito sacro redditur ad aulam collegij, inde Promotor cum Candidato, illo in habitu Doctorali, hoc in Baccalaurei praecedentibus et clangentibus tubis et Bidello cum Sceptro puerisque ornamenta Doctoralia ferentibus egreditur per

por  
ext  
cur  
pho  
V. Inte  
pat  
ant  
vbi  
Pre  
VI. Inu  
Ca  
lat  
ad  
(ju  
sec  
Ca  
Do  
In  
off  
fes

VII. Pr  
eo  
pr  
Ba  
qu  
po  
VIII. I  
di  
sta  
am  
so  
(q  
in  
ne  
la  
di  
fie

IX. P  
C  
an  
D  
cl  
m

J. Fre

portam Collegij, et ingreditur aulam Theologicam per ianuam exteriorem, comitantibus honoris causa aliquot Graduatis cum suo ornatu. Cessantibus tubis personat vocum Symphonia.

- V. Interea Promotor Cathedram, Candidatus sua subsellia occupat, pueri in puluinis ornamenta praeferenentes, in dispositis ante Cathedram, ad utrumque latus scannis consident, et ubi ornamenta illa distribuenda erunt, vocati ad Cathedram Promotori porrigunt.
- VI. Inuitati hoc fere ordine disponuntur a Bidello. E regione Cathedrae in sede illustrissimus Princeps, cuius utrumque latus cingunt Canonici Cathedralis. In altioribus subsellijs ad sinistram Rdm. Suffraganeus, Abbas Abdinghoffensis (juxta mentem illmi. principis, alias n. his duobus ponebatur sedes ante haec subsellia), post Abbatem Archisatrapa, Cancellarius, Marescallus et Consiliarius illmi. Principis, Doctores iuris et Medicinae, Consules etc. alij viri honorati. In altioribus subsellijs a dextris R. P. Rector Magnificus, officialis illmi., Cancelarius vniuersitatis, Doctores et Professores Theologiae.
- VII. Promotor praefatus pauca edicit Candidato, quam velit ab eo quaestionem tractari, eaque pertractata exigit primo professionem Fidei, quam praestat eodem ritu, quo in Baccalaureatu, deinde promissionem et iuramenta Academica, quibus a Bidello praelectis hic Scepstrum ei tangendum porrigit, cuius attactu ea praestat Candidatus.
- VIII. His peractis Promotor aliquid dicit de laudibus sui Candidati iubetque petere licentiam a Cancellario. Quod facit stans ante Cancellarium ac deinde flectit genua cum ille annuens eius petitione incipit stans aperto capite Licentiam solemni forma dare; eaque accepta breuiter agit gratias, (quod si ipse Cancellarius sit Promotor, candidatus manens in imo et modice conuersus ad Cancellarium flectit genua, neque villas agit gratias). Candidatus actis gratijs Cancellario reuertitur ad suum subsellium. Interea canitur tubis, distribuuntur Catalogi, recitantur carmina, canitur voce ac fidibus.
- IX. Promotor iubet Licentiatum deposito habitu Baccalaurei Cathedram descendere eiusque possessionem capere et antequam insignia conferat, quaestionem ipse pertractat. Deinceps confert insignia 1<sup>o</sup> Epomidem. 2<sup>o</sup> Pileum. 3<sup>o</sup> Librum clausum. et mox apertum. 4<sup>o</sup> annulum. 5<sup>o</sup> complexum manuum appositis Sententijs, hisce vel similibus: Dum

euocat ad Cathedram: Ascendite ad me et Cathedrae Theologicae possessionem accipite, vt in posterum ex Cathedra Sapientiae loquamini, quae docent sanam doctrinam et in sublimiore loco tamquam monte constituti bonae vitae exemplo alijs praeluceatis. Dum vestit Epomide: Accipite pallium Theologicum adumbratum ab Ephod, in cuius Rationali apparebat Vrim Vethümim vt memineritis ea sciscitantibus responsa dare, quae ad perfectionem et salutem absque vlla erroris caligine perducant. Dum ornat pileo: Accipite hunc pileum, quem capitibus vestris impono, vt memores sitis illius aureolae, quae repromittitur ijs qui ad iustitiam erudiunt plurimos: et hoc sedulo curetis, ne quis accipiat coronam vestram. Est autem caerulei coloris, vt sciatis vestrum esse relictis terrenis conuersationem habere in coelis; vt quae sursum sunt sapiatis non quae supra terram. imposita sunt fila rubra, vt pro fide orthodoxa et Ecclesia catholica caput ponatis, et Sanguinem si nece fuerit, fundatis: neque terreamini ab his qui occidunt corpus; sed eum solum metuatis, qui potest corpus et animam mittere in gehennam. Dum porrigit librum clausum: Accipite sacra Biblia clausa, vt Theologica Mysteria non temere euulgetis; sed magna prudentia et discretione ad ingenium Auditorum vos accommodetis et paruulis in Christo lac detis non escam. Sapientiam autem loquamini inter perfectos 1 Cor. C. 3. Dum apertum: Accipite eundem Sacrarum Litterarum librum apertum, vt memineritis in posterum vos esse oportere ministros illius Agni qui dignus est aperire librum et soluere 7 signacula eius: ideoque potestatem habere sacras litteras et diuina, quae his continentur mysteria explicandi, vt audire mereamini a sapientia aeterna qui me elucidant, vitam aeternam habebunt. Dum offert annulum: Accipite hunc annulum, quem quia Sponsae vestrae diuinae sapientiae dare non potestis, ipsa vobis per me dat, vosque monet, vt ipsi fideles perpetuo manere pergatis: neque vñquam a Sacrarum litterarum studijs animum abjeiciatis, quae vtiles sunt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Cupit enim sibi vos desponsare in sempiternum in iustitia et iudicio, in misericordia et miserationibus et fide sincera. Dum iungit Dextram: praebete mihi Dextram, vos ego soluere iubeo atque hoc symbolo admoneo, ne sint in vobis schismata, sed pacem sectemini cum omnibus et pax Christi

X.

XI.

XII.

I. S.

II.

I. 1.

soli

- rae  
the-  
n et  
itiae  
pite  
nius  
ea  
tem  
leo:  
vt  
ad  
quis  
vt  
pere  
apra  
oxa  
nece  
ous;  
ham  
um:  
non  
ad  
risto  
nter  
dem  
s in  
gnus  
oque  
onti-  
entia  
Dum  
nsae  
per  
nere  
ndijs  
ar-  
, vt  
ctus.  
stitia  
cera.  
ego  
obis  
risti
- exultet in cordibus vestris. Denique aperto capite stans solemniter renunciat Doctorem. Canitur tubis, distribuuntur et recitantur carmina ac demum canitur voce ac fidibus.
- X. Promotor nemine nominato ex toto coetu iubet, si cui libuerit proponere quaestionem nouo Doctori. Quod fere facit quispiam Baccalaureus Theologiae eique Doctor recens promotus breuiter respondet.
  - XI. Finita quaestione et actis a Baccalaureo gratijs, aguntur a Promotore gratiae Spectatoribus, de quibus haec praecipi generatim possunt: 1º Gratiae agentur Deo et coelitibus, quibus annumerandus illustrissimus Fundator noster. 2º Principi. 3º Post Principem Capitulo Cathedrali, nisi quis adsit quem Capitulares sibi preeferant.
  - XII. Omnibus finitis itur ad templum honoratioribus viris promotorem et promoto singulis singulos deducentibus, ipse Promotor cum promoto flectit genua ante summum altare. Caeteri vtrimeque consident. Interea canitur Te Deum Laudamus.
  - XIII. In promotione Doctorali et Licentiae omnes vtriusque Facultatis vtuntur habitu Academico.

### Capvt IX.

De ritu Promotionis ad Licentiam quando seorsim confertur.

- I. Si quis Licentiam tantum petat, promotio fiet omissis insignibus et promotione Doctorali: manebitque promotus in loco inferiori, nisi quod post Licentiam ponatur ei inferior cathedra.
- II. Promotor non est, sed Praesentator, qui praefatus fuit, professionem fidei, iuramenta et promissiones exegit, de laudibus eius dixit et qui post Licentiam acceptam gratulatur, eumque vt Licentiatum habendum declarat: et Quaestionem proponit, ad quam Licentiatus ex inferiori cathedra respondet.

### Capvt X.

De Expensis Promotionum in Theologia.

- I. Pro Doctoratu decem Taleros Academiae: Duos Taleros et 18 Solidos siue<sup>1)</sup> . . . Bidello soluunt candidati.

<sup>1)</sup> Hier ist in dem Ms. Raum gelassen, wahrscheinlich um die solidi in anderer Münzart zu bezeichnen. Solidus, ursprünglich eine Gold-

- II. Pro Licentia quando seorsim confertur sex Taleros Academiae, vnum Dalerum et 9 solidos siue . . . Bidello.
- III. Pro Baccalaureatu quolibet duos Taleros et dimidium Academiae, 20 solidos siue . . . Bidello.
- IV. Pro disputatione publica Bidello 5 solidos siue. . . .
- V. Qui de nostra Societate promouentur nihil quidem soluunt Facultati siue Academiae; Bidello tamen offerendum est Honorarium.
- VI. In Solennitate Doctoratus et Licentiae promotus (nisi aliud videatur Facultati) praebet prandium, ad quod vocandi, qui capit is Octauis § 1<sup>o</sup> nominati sunt. Index conuiuarum Facultati ante est exhibendus. Religiosis ex ordine Mendicantium liberum erit tenuius dare epulum.

### Capvt XI.

#### De Festo S. Augustini alijsque Solemnitatibus Academicis.

- I. Pridie affigitur programma quod habetur cap. XIII.
- II. Hora septima matutina praecedente Bidello cum Sceptro ad aulam Theologicam per ostium interius conuenitur ad orationem a R. P. Rectore, Doctoribus et Professoribus Theologiae Academicis ornatis, Decano Philosophiae cum suis etiam in habitu Academico. Rector cum Doctoribus et Professoribus Theologiae dextram; Decanus Philosophiae cum suis laeuam aulae partem occupat.
- III. Oratio habetur a studio Theologiae et si fieri potest Baccalaureo, cui altera disputationum pro Baccalaureatu Formato remitti potest. Quare si pro eo ante vnam habuerit, finita oratione poterit statim promoueri.
- IV. Finita oratione per exteriorem ianuam exitur ad templum, vbi pari modo ad dextram R. P. Rector cum Theologis: ad laeuam decanus cum suis in subsellijs ante summum altare dispositis et tapete stratis considet. Post sacrum redditur per Sacristiam ad Collegium.
- V. Si Festum S. Augustini incidat in diem dominicam Solemnitas orationis et Sacri musici in ornatu Academico audiendi reicitur in diem sequentem.
- VI. Ornato Academico professores Theologiae etiam vtuntur in festo S. Joannis ante portam Latinam; in promotione

---

münze an Gehalt ungefähr 3 Thlr., später eine Silbermünze, je später, desto geringer an Wert.

Doctorum Theologiae, in promotione solemnii MM. artium et Philosophiae, in solemnitate Facultatis Philosophiae, quam ea habet in festo S. Catharinae.

### Capvt XII.

De Formulis Protestationis, iuramentorum et Promissionum huius Facultatis.

#### I. Formula Protestationis disputantium pro Gradu Theologico.

Die Formel lautet wie die in der ältesten Recension vorher Caput VII. Nro. I. mitgeteilte, nur ist am Schluss aus den Statuten von Trier beigefügt: interpretari — secundum sensum et doctrinam Ecclesiae catholicae Romanae — ac secundum ordinationem Theol. Facultatis sum paratus (oben S. 51 ff.).

#### II. Formula Promissionum Decani designati.

Ego N. N. promitto 1º me officium meum ad Facultatis nostrae vtilitatem fideliter praestiturum. 2º Me pacem et concordiam omnium eius membrorum, quantum in me erit, conservaturum. 3º Me non permissurum vt haeresis vlla vel error contra fidem Romanae ecclesiae in Facultatem nostram irreat.

#### III. Formula Promissionum quas admittendi ad huius Facultatis consilium facient.

Ego N. N. promitto 1º me illam fidem vsque ad finem vitae retenturum, quam S. Romana Ecclesia Catholica docet iuxta professionem fidei ex decreto Concilij Tridentini editam. 2º Me non permissurum, quantum in me erit, vt aliquis in hac nostra Facultate vel ad gradus promoueat, vel ad consilium recipiatur, qui non eandem fidem teneat et profiteatur. 3º Me fideliter sententiam dicturum in consilio rogatum ad Facultatis nostrae vtilitatem et Vniuersitatis bonum. 4º Me non daturum causam dissensionis inter membra nostrae Facultatis, sed quantum in me fuerit, pacem inter omnes conservaturum. 5º Me non revelaturum secreta, quae mihi fuerint a Decano imperata.

#### IV. Formula Promissionis et Juramenti ante Baccalaureatum Biblicum.

Diese Formel ist wörtlich übereinstimmend mit der in der ältesten Recension Cap. VII Nro. III. mitgeteilten (oben S. 52).

V. Formula Promissionum et iuramentorum, quae ante Licentiam Doctoralem a Baccalaureis exiguntur.

Diese Formel stimmt überein mit der in der ältesten Recension Caput VII Nro. VII. mitgeteilten, nur ist hier die Nro. 7 ausgelassen (oben S. 54).

### Capvt XIII.

De Formulis programmatum Facultatis Theologicae.

I. Formula programmatis pro die promotionis ad Baccalaureatum Biblicum.

Diese Formel stimmt überein mit der in der ältesten Recension unter Cap. VII. Nro. II. mitgeteilten, nur ist für Virgilius Maro gesetzt: Valerius Martialis, und anfangs ist ausgelassen Ad Majorem Dei gloriam (oben S. 52).<sup>1)</sup>

II. Formula programmatis pro die promotionis Doctoralis.

Diese Formel ist mit einiger Wortumstellung gleichlautend mit der in der ältesten Recension unter Cap VII. Nro. VI. mitgeteilten, nur ist für Valerius Martialis gesetzt: Virgilius Maro (oben S. 53).<sup>2)</sup>

III. Formula progammatis pro die Festo S. Augustini.

Diese Formel stimmt überein mit der in der ältesten Recension unter Cap. VII. Nro. X. mitgeteilten, nur steht hier anfangs Decanus statt Cancellarius (oben S. 55).

### Capvt XIV.

De Formulis promotionum ad Gradus Theologicos.

I. Formula promouendi Baccalaureum Biblicum.

Diese Formel stimmt überein mit der in der ältesten Recension unter Cap. VII. Nro. IV. mitgeteilten, nur ist hier noch zugefügt: „Te Rdm et eruditum D. N. N. Liberalium Artium et philosophiae Magistrum“ (oben S. 53).

II. Formula promonendi Baccalaureum Formatum.

Auch hier findet sich dieselbe Bemerkung wie in der ältesten Recension Cap. VII. Nro. V. (oben S. 53).

<sup>1)</sup> Randnote: Affigitur propridie promotionis.

<sup>2)</sup> Randnote: Affigitur triduo ante promotionem.

### III. Formula Collationis Licentiae Doctoralis.

Quod Deus optimus Maximus ad Maiorem nominis sui gloriam et Ecclesiae vtilitatem feliciter euenire iubeat, Ego N. N. SSae Theologiae Doctor et professor ordinarius huius almae vniuersitatis Cancellarius auctoritate Sanctae Sedis Apostolicae et Sacrae Caesareae Maiestatis, qua in hac actione ex munere meo fungor, do tibi Rdo ac doctissimo domino N. N. eiusdem SSae Theologiae Baccalaureo Formato et ad hunc gradum examinato, approbato et mihi a Facultate Theologica praeSENTATO Licentiam insignia Doctoratus Theologici petendi, et accipiendi, publiceque in Theologica Facultate legendi, regendi, disputandi atque omnes actus Doctorales exercendi hic et vbique terrarum, cum ea perfeceris quae ad hanc solemnitatem pertinent in Nomine SSae atque indiuiduae Trinitatis Patris et filij et S. S. Amen.<sup>1)</sup>

### IV. Formula promotionis Doctoralis.

Diese Formel stimmt mit wenigen Abweichungen überein mit der in der ältesten Recension unter Cap. VII. Nro. IX mitgeteilten. Es steht anstatt Valerius Martialis bloss N. N. anstatt auctoritate publica, richtiger: auctoritate apostolica et Sacrae Caesareae Maiestatis, anstatt D. Statium Papinium steht bloss N. N. Der Schlussatz lautet: omnes functiones obeundi, omnibusque iuribus, immunitatibus, priuilegijs et praerogatiis pertinendi, fruendi, quae ad hunc supremum honoris gradum pertinent hic et vbique locorum in Nomine Patris et filij et Spus Sancti. Amen (oben S. 55).<sup>2)</sup>

### 3. Consuetudines Facultatis Theologicae et Ordinationes sine a R. P. Provinciali, sine a R. P. Rectore, sine ab ipsa Facultate praeter Statuta factae.<sup>3)</sup>

1a. Quando per hyemem propter frigus philosophi citius a Scholis dimituntur, eodem tempore dimituntur etiam Theologi.

<sup>1)</sup> Randnote: Licentia haec Treuiris confertur ab induo Stola et superpelliceo quod etiam hic indui optavit Facultas et R. P. Rector 10. 7bris ao. 1654.

<sup>2)</sup> Randnote: Haec forma pronuntiatur aperto capite ac stante utroque tam promouente quam eo qui promouetur.

<sup>3)</sup> Diese consuetudines sind enthalten in dem Mschr. der Theodoriana Pa. 45 (Richter, Handschriften I. cit. p. 10).

2a. Quando a meridie siue propter frigus siue propter declamationem menstruam aut demonstrationem mathematicam aliamue causam in Theologia vna tantum hora aut propter festum hora una et dimidia docetur, tempus illud Scripturarius et Casista aequaliter inter se diuidunt et Hebraea lectio tunc omittitur.

3a. In Canicularibus tam Scripturarius et Casista quam Scholastici vel docent alternis diebus; vel omnes dies in duas aequales partes diuidunt. Et quando docent per horam docent omnes.

4a. In solemnitate S. Augustini Cathedra Theologica sternitur tapete et altiora subsellia vtrimeque ornantur panno viridi Facultatis philosophicae, prout ipsa, quando agebatur de illo emendo, vltro indulxit, vt similiter eius panni etiam in solemnitatibus Theologicis vsus esset, eo quod plerique illorum, quorum pecunia comparatus fuit, ad Theologiam transierint, et illa conditione tum R. P. Rector tum Cancellarius in illam emptionem consenserint.

5a. In promotione Baccalaurei siue Biblici siue Formati, tantum Cathedra promouentis et subsellium promouendi sternitur tapete.

6a. Professor Theologiae non promotus in eadem; si quando in Habitu Academico comparendum, vtitur Magistrali.

1. B  
ge

bei  
suite  
adres  
in  
der

dabo  
derb  
cis,

insti

poni  
Priu  
man  
quie  
vel  
lestas  
vel  
mod  
et ei

then

(Ric  
in Cl